Misteri Dolorosi

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Symbolum Apostolorum, Pater Noster, 3 Ave Maria (Adaugeat Dominus in nobis fidem, corroboret in nobis spem, perficiat in nobis caritatem), Gloria Patri.

aut

Deus, in adiutorium meum intende. Domine, ad adiuvandum me festina. Gloria Patri.

Primum Mysterium Doloris - Agonia in Horto

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum; secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum pervenisset ad locum, dixit illis: "Orate, ne intretis in tentationem". Et ipse avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, et, positis genibus, orabat dicens: "Pater, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas sed tua fiat". Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. (Lc 22,39-44)

Brevis mora cogitationis

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

Secundum Mysterium Doloris – Flagellatio

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum et flagellavit. (Io 19,1))

Brevis mora cogitationis

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

Tertium Mysterium Doloris - Coronatio Spinis

Et milites, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum; et veniebant ad eum et dicebant: "Ave, rex Iudaeorum!", et dabant ei alapas. (Io 19,2-3)

Brevis mora cogitationis

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

Quartum Mysterium Doloris - Baiulatio Crucis

Susceperunt ergo Iesum. Et baiulans sibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariae locum, quod Hebraice dicitur Golgotha, ubi eum crucifixerunt. (Io 19,16-18)

Brevis mora cogitationis

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

Quintum Mysterium Doloris - Crucifixio et Mors

Post hoc sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: "Sitio". Vas positum erat aceto plenum; spongiam ergo plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset acetum, Iesus dixit: "Consummatum est!". Et inclinato capite tradidit spiritum. (Io 19,28-30)

Brevis mora cogitationis

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

Salve Regina

Salve, Regina, mater misericòrdiae, vita, dulcèdo et spes nostra, salve. Ad te clamàmus, èxsules fìlii Hèvae, ad te suspiràmus, gemèntes et flèntes in hac lacrimàrum valle. èia èrgo, advocàta nostra, ìllos tùos misericòrdes oculos ad nos convèrte. Et Iesum, benedìctum fructum ventris tui, nobis post hoc exsìlium ostènde. O clèmens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Litanie alla Beata Vergine Maria

Kyrie, elèison	**Kyrie elèison**
Christe, elèison	**Christe elèison**
Kyrie, elèison	**Kyrie elèison**
Christe, àudi nos	**Christe, àudi nos**
Christe, exàudi nos	**Christe, exàudi nos**
Pàter de caelis, Deus	**miserère nobis**
Fìli Redèmptor mundi, Deus	"
Spìritus Sàncte, Deus	"
Sancta Trìnitas, ùnus Deus	"
Sancta Marìa	**ora pro nobis**
Sancta Dèi Gènetrix	"
Sancta Vìrgo vìrginum	"
Mater Christi	"
Mater Ecclesiae	"
Mater divìnae gratiae	"
Mater purissima	"
Mater castissima	"
Mater inviolata	"
Mater intemerata	"
Mater amabilis	"
Mater admirabilis	"
Mater boni consìlii	"
Mater Creatòris	"
Mater Salvatòris	"
Mater misericòrdiae	"
Virgo prudentissima	"
Virgo veneranda	"
Virgo praedicanda	"

Virgo pòtens "

Virgo clèmens "

Virgo fidèlis "

Spèculum iustìtiae "

Sèdes sapiéntiae "

Causa nòstrae laetìtiae "

Vas spirituale "

Vas honorabile "

Vas insìgne devotiònis "

Rosa mystica "

Turris davìdica "

Turris ebùrnea "

Domus àurea "

Foèderis arca "

Iànua caeli "

Stella matutina "

Sàlus informòrum "

Refùgium peccatòrum "

Consolatrix afflictòrum "

Auxìlium christianòrum "

Regina angelòrum "

Regina patriarchàrum "

Regina prophetàrum "

Regina apostolòrum "

Regina màrtyrum "

Regina confessòrum "

Regina vìrginum "

Regina sanctòrum òmnium "

Regina sine labe originali concepta "

Regina in caelum assùmpta	"
Regina sacratìssimi Rosarii	"
Regina familiae	"
Regina pacis	"

àgnus Dei, qui tòllis peccàta mùndi
pàrce nobis, Dòmine

àgnus Dei, qui tòllis peccàta mùndi
exàudi nos, Dòmine

àgnus Dei, qui tòllis peccàta mùndi
miserère nobis.